



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendium Summae seu Manualis Doct. Navarri

**Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de**

Lvgdvni, 1609

Fideiussor.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

Peccat mortaliter, qui non audit missam in die festo, vel non attentè. num. 17. Sed de his vide. tit. Missa. I V.

Oblatio inter missarum solemniam in die festo quando sit de præcepto. vide, Oblatio.

FIDEI IVSSOR, potest retipere aliquid pro fideiussione cessante fraude. cap. 17. num. 283. lit. A. in Nou. num. 284.

Non tenetur solvere ante excussionem principalis. num. 267.

F I D E S.

A OMNES Christiani adulti tenentur sub peccato mortali credere explicite articulos fidei, maxime quos Ecclesia Catholica Romana solemniter celebrat: quique continentur in symbolo Apostolico. Reliqua autem omnia quæ credit eadem Ecclesia Catholica, tenentur credere saltem implicite: hoc est, credere in genere esse vera. Prælat. num. 10. No. num. 15. & cap. 11. num. 18. & in No. num. 22. §. 5. & 6.

B Olim ante aduentum Christi redemptoris nostri satis erat credere vnum Deum remuneratorem bonorum, & punitorem malorum. Sed post promulgationem Euangelij non satis est credere hoc, quamuis in genere, & implicite credat quicquid credit Sancta mater Ecclesia. Vnde peccat mortaliter, qui negligit